

**Disputatio medica inauguralis. De pleuritide / Quam ... ex auctoritate ...  
Frederici Dekkers ... nec non ... senatūs academicī consensu ... facultatis  
medicæ decreto, pro gradus doctoratus ... publicae eruditōrum  
disquisitioni subjicit Christianus ab Outshooren, ad diem 19 Octobr. loco  
horisque solitis.**

### **Contributors**

Outshooren, Christianus ab, active 1700.  
Dekkers, Frederick, 1644-1720.

### **Publication/Creation**

Lugduni Batavorum : Apud Abrahamum Elzevier, 1700.

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/aepfv3jh>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

L32

DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS.  
DE  
PLEURITIDE.

quam

Sub auspiciis Summi Numinis,

Ex Auctoritate Magnifici D. Rectoris,

D. F R E D E R I C I D E K K E R S,  
Med. Doct. & in Illustri Academia Lugd. - Batav.  
Praxeos Medicæ & Collegii Practici Pro-  
fessoris Ordinarii ,

nec non


Amplissimi Senatus Academicus Consensu, & Celeberrimæ  
Facultatis MEDICÆ Decreto,  
PRO GRADU DOCTORATUS,  
Summisque in MEDICINA Honoribus & Privilegiis

rite ac legitimè consequendis ,

Publicæ Eruditorum disquisitioni subjicit

CHRISTIANUS AB OUTSHOOREN , Lugd. Bat.

Ad diem 19. Octobr. loco horisque solitis.



LUGDUNI BATAVORVM.

Apud ABR A HAM U M EL ZEVIER. Academic  
Typographum. M DCC.



DEO  
TER OPT: MAX:  
AMICIS  
&  
FAUTORIBUS.

*Hasce Theses Inaugurales  
offert & dicat.*

CHRISTIANUS AB OUTSHOOREN,  
*Auctor.*





**DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS  
DE  
PLEURITIDE.**

I.

**S**anguinem humani Corporis. Promum condum humorem è diversis & innumeris particulis conflatum esse, neminem nunc temporis inficias ire puto, ipse imo Hippocrates jam olim exclamavit, in illo reperiri Amarum, Dulce, Acidum, salsum & Insipidum, ut & particulas adesse sexcentas & plures, & qui vel à limine saltem Chymiam salutaverit, libenter admittit, post scilicet debitam Digestionem, Fermentationem, Destillationem, &c. Phlegma, Salem, Spiritum Volatilem, Oleum admodum fætidum, & Terram ex eo elici posse observabit & fatebitur. unde & illum aptum

DISPUTATIO MEDICA

natum esse mutationibus innumeris, unusquisque concedet, qui ejus naturam perspectam habebit, ut & qui fluidorum mutabilem inconstantiam per motum & miscelam exactius prosecutus fuerit. hic non mirum per eadem morimur, quibus mediis vitam obtinemus & ducimus, quod sanguinem Consideremus tanquam præcipuum authorem, non solummodo hujus à me proponendi morbi, sed etiam plurimæ aliorum morborum catervæ, præsertim autem hunc potius quam alium humorem esse incusandum, tam in hac parte quam in alia judicamus; quoniam hic per excellentiam sanguis æque in parte serosa, quam in parte rubicunda peccare videtur, tam in sua extravasatione, quam in Symptomatibus, accedentibus illius morbi ordinariis & extraordinariis, ulterius magis adhuc inducor, quoniam præcipuam significationis partem hisce in vicinia proxima positis locis deberi, cum antiquis & modernis statuere videntur, unde non minimam labem Contrahere necessum habet, ipse sanguis in suis partibus & propriis quasi locis, mediante motu anhelante, mediante Cordis tremula palpitatione, Mediante Febri, Mediante Inflammatione Dolorifica concipere debet, ubi Pleuritis per excellentiam afficere machinam nostram solet, ut in sequentibus observabimus, à me in hoc morbo more Academico enucleandis.

I I.

Sed cum non tam de nominibus, quam de rebus agere proposui, idecirco hæc omittam, quæ ipsam respiciunt Etymologiam, sed morbum ipsum pro viribus meis explicare incipiam. magna enim in veritatis indagine obstacula sunt præjudicia, non solum quæ de rebus, sed etiam quæ de nominibus habemus, dum scilicet putamus vocis Etymologia cognita, etiam rei naturam perspectam esse, quasi in ea tota rei latitaret essentia, quod sane abunde quotidiana experientia refutat; omissa itaque (ne in eundem impin-

impingamus scopulum) grammaticornm lite, ut poterat pa-  
rum aut nihil ad rem faciente, cum ut nummi sic verba  
valeant usu, recte ad Pleuritidem progredimur, eam defi-  
nientes, quod sit *Inflammatio Membranæ Pleuræ, Mus-  
culorumque ut plurimum intercostalium, conjuncta cum Do-  
lore pectoris, vel lancinante vel pungente partis inflamma-  
tæ, Difficili Respiratione, Tussi Continua, sputo ut pluri-  
mum sanguineo, Pulsu duro, Febri continua acuta, cum  
omnibus ejus affectis.*

## III.

Dicimus eam esse Inflammationem, per quam nihil aliud  
intelligimus, quam sanguinis vel aliorum humorum quandam  
stagnationem vel realem præter naturam extravasationem  
& pressionem violentam ob vasa rupta, cuius pedissequæ  
plerumque sunt, Calor, Rubor, Durities, Pulsatio, Tu-  
mor, Dolor, &c. hæc omnia lubentes quidem Confite-  
mur, hac in Inflammatione ad sensum externum exactissi-  
me non apparere, attamen de eorundem fere omnium  
præsentia nos hæc attenta perpendentes mente, certiores  
facit: quum enim partes affectæ magis internæ sunt, ad  
quas sensum ope pertingere nequimus, ob interjectas par-  
tes solidiores durasque; Rubor hinc & Tumor Conspectui  
nostro sese nequaquam offerunt, uti nec plane percipiun-  
tur Pulsatio & Durities manibus nostris; ita ut rationi quam  
maxime consentaneum sit, hac in Inflammatione omnia  
necessaria adesse indicia, quæ postulata etiam apertione  
Cadaverum Pleuritide extinctorum, locum rite si examina-  
veris, fulciri & inveniri nulli dubitamus.

## IV.

Subiectnm hujus morbi Constituimus Pleuram, mem-  
branam illam validam & densam Thoracis cavitatem intus  
contingentem, undique & investientem, per cuius substan-  
tiæ Arteriolæ, Venulæ, & forsitan plurima vasa lymphati-  
ca excurrunt, nec non nervorum propagines crebriores

## 6 DISPUTATIO MEDICA

distribuuntur, quæ propterea ratione suæ structuræ tanto aptiorem huic morbo præbent sedem.

## V.

Pulmonem in graviore Pleuritide affici, satis superque constat ex *Rivery l. 16. 7. Cap.* nec non ex *Hippocrate de locis in homine, text: 24.* Accidit inquit Pulmoni, hoc contagium plerumque Pleura affecta superiore sua in parte, cum vero communio quædam ipsi cum sit versus collum, & Asperæ Arteriæ exortum, cum membrana Pulmonis, facile videtur hæc simul inde affici, & in consensum illius trahi posse, insuper etiam hæc Pulmonum Membrana simul lædi potest, quod semper in expansione Pulmonum ad Pleuram accedit; si itaque hujus aliqua materia suppurata & effluens adhæreat, simile in illa facile extari debet malum; hoc videtur in iis facile evenire posse, quibus Pulmones (quod hic in regionibus haud rarum,) Pleura accreverunt.

## V I.

Sed cum sermo mihi solummodo sit habendus de Pleuritide, non possum abesse, quin ejus differentias tradam, & quomodo ab aliis differat morbis, in antecessum proponam, ut eo melius depingatur hic morbus. dividitur ab Autoribus Pleuritis, in *Veram & Notham*, porro in *humidam & siccam*; *Vera* quando Pleura cum Musculis Intercostalibus interioribus à sanguine acri & seroso afficitur; *Notha*, quando Musculi exteiiores inflammantur ab humore pituitoso Melancholico, lympha crassiori. vel etiam quando dolor lateris ex improviso oritur à flatibus, & tunc fallit medicus, qui putat esse Pleuritidem. *Humida* ea est, in qua multa excernuntur phlegmata. *Sicca*, in qua nulla excernuntur phlegmata.

Distinguitur *Pleuritis* à *Peripnuemonia*, quod Dolor non punctorius & acutus, sed magis gravatus, & difficultas respirandi major sit, peccantibus in hac humoribus, tam quantitate quam qualitate.

A Pa-

A *Paraphrenitide*, respectu loci, in hac enim Dolor non est lateralis, sed extimæ Costarum, ad sternum accendentium, partes dolore affectæ sunt, & ventris, ubi Diaphragma est, pars turget.

Ab inflammatione hepatis doloris loco, qui est in Hypochondrio dextro, gravans tumore, infra Costas spurias sese manifestante, & Tussi sicca, plerumque & singultu  
*Aph. 58. sect. v.*

## V I I.

Hisce jam Consideratis, ad *Causas* hunc affectum producentes me accingo, quæ juxta Authores dividuntur in *Proximas & Remotas*.

*Proxima* hujus affectus *Causa est sanguis*, seu ejus pars *serosa*, seu *rubicunda*, ob lentorem in vasis Pleuram per reptantibus obstructus, aut extravasatus, ut recte meminit *Willisius Cap. de Pleuritide*.

*Remotæ* vero, sunt ea omnia, quæ *sanguinem peccare faciunt*, vel *qualitate vel motu*, de quibus ordine & suo agam loco, & qua ratione prædictæ *Causæ*, hunc affectum producere valeant, breviter explicabo.

## V I I I.

Sanguis ab auctoribus, qui ejus per Aërem, Aquam, & ignem Analysis periculum facere describitur, quod sit liquor hæterogeneus, & constans partibus inter se differentibus, quæ partes quamdiu justum inter se servant ordinem, & bene sibi invicem permixtæ sunt, describunt liquorum Balsamicum, machinam nostram in suo esse conservantem, & spiritibus ejus interitum avertentibus referunt: verum enim vero, si ordo ille ac unio tollatur, & liquor antea Balsamicus mutetur in suis qualitatibus, lentorem ac acrimoniam contrahendo, multas in calamitates & Ærumnas machinam nostram incidere cogit. ob contraetum enim lentorem circulum suum absolvere cum nequit, nec ad pressiones naturales per vasa majora in minora & mini-

ma desinentia determinari vel cogi potest , sed in angustiis  
hærens malum profert , (quod ex Constitutione vasorum  
à principio lato , in angustum apicem tendentium facile pro-  
bari potest.)

## I X.

*Remotæ* sunt , ut innui Thesi VII. quæ sanguinem pec-  
care faciunt vel *qualitate* vel *motu*.

*Qualitate* cogitur peccare *sanguis* , quando ea omnia ad-  
hibentur quæ ipsi acredinem vel lentorem conciliant , ut  
immoderatus usus Musti , vini , spiritus vini &c. quibus  
compages sanguinis ita resolvitur , ut spiritibus , majori ex  
parte avolandi data occasione , nil remaneat nisi vappa crassa  
& acris.

*Motu* peccat , quando æstu solis , exercitiis , &c. nimium  
impellitur , & nimium impulsus impetuofè ruit in Cor &  
Arterias , quorum latera ultra modum cum distendit , po-  
rosque vasorum aperit , singulis Arteriarum pulsibus fecer-  
nit per eorum Arterias angustiores poros , sed jam paten-  
tiores factos , particulas variæ generis , quæ quamdiu tranpira-  
ri queunt , nil noxii pariunt , sed his si superveniat *subitaneum*  
*frigus* , particulæ illæ tum temporis minus transpirantes in  
motu impediuntur & Condensantur , quæ in motu impedi-  
tæ & condensatae obstrunctiones acres pariendo , *hunc affe-  
ctum* producunt.

## X.

*Hisce Causis* jam perpensis , signa quibus dignoscitur in  
vestigare haud in concinnum esse puto , quæ sunt : 1° *Dol-*  
*or lateris punctoriæ* , hic ortum trahit , ab *Inflammatione*  
*pleuræ* , & *Musculis Intercostalibus* , unde pulmones se-  
se extenderentes allidere coguntur. Inflammata pleuram plu-  
rimum imputandam ab acribus & acutis particulis fibras &  
nervos vellicantibus. 2° *Tussis molesta* , hanc quod attinet ,  
eam arbitramur excitari , aut quod Pulmones materia acri ,  
quâ scatet hæc massa sanguinea quamque secum ad illos  
de-

deductam ibi deponit, aut quod à materia in pleura stagnante vel extravasata irritentur, unde motus animales & violentos, ad molestiæ illius expulsionem concipiunt, quibus Diaphragma & Musculi Intercostales obsecundare coguntur. 3°. *Difficilis Respiratio*, quæ sit ob dolorem & inflammationem à tubulis Musculorum quoad actiones lœsas; nam dilatationes & contractiones cum perficere nequeant, eas crebris & partitis vicibus efficere coguntur, quæ tanto difficiliores sunt, pro ut humores vel qualitate, ut nimis acres vel qualitate peccaverint. 4°. *Febris Continua acuta*, ortum habens ex sanguinis particulis rigidis, quæ in transitu suscepτæ, & cum sanguine circulante, ad Cor delatæ, eum male fermentant, fibrasque in solito modo & motu irritant & afficiunt, mixturam ejus Continuo perturbantes, toti massæ languinis labem inferunt, ac Febrem, id est motum irregularem sanguinis producunt. 5°. *Pulsus Durus*, quæ sit à spiritibus animalibus vel propter inflammationem Membranæ, & tumor arteriæ rigidæ; parvus etiam sæpius adest, quia arteriæ non possunt satis dilatari propter tumorem.

## X I.

**E**x quibus signis qui modo morbum à limite salutaverit, facile de eo *Prognosin* reddere potest, quod sit periculosus affectus, quippe qui facile degenerat vel in *Phthisin* vel in *Empyema* teste Hippocrate Aph. 8. sect. v. ideoque, quo citius peccans materia incidatur vel discutiatur eo citior Cura, quoque magis ea Tussi non molesta rejiciatur, eo magis levamen; quo sputa albident & leviora apparuerint, eo major Curationis spes affulget; è contra vero, ubi Dolor, Febris, aliaque non remiserint symptomata, & Tussi nil rejiciatur nisi lividum vel purulentum sputum eo pejus habetur.

## X I I.

Hisce perpensis ad *Curationem* me convertam, quæ Consistit in hisce, motus acutus sanguinis ad acredinem evecti est sistendus; ut extravasatio præcaveatur aut minuatur, & dolores mitiores evadant, humores jam extravasati sunt incidendi & attenuandi; Febris est minuenda, Compescenda & profliganda, 1°. Motus sanguinis minuitur per Venesectionem in Brachio, sic enim acquiritur liberior motus spirituum animalium absque arietatione molesta in Membranæ fibras. 2°. Stagnatio inciditur & attenuatur pe ea Medicamenta, quæ gaudent particulis salinis Volatilibus blandis, in Mucaginosa substantia; retentis, Anodynis Sudoriferis, E: gr: Ungulis Alcis, Ebore, Lucii piscis Mandibulis, C. Cerv. Rasi. lign. Guajac. sassafras, Rad. Salsaparillæ, Chinæ, Herb. Absynthii, Card. Bened. Tussilag. Syr. pap. Rhead. Alb. Hyssopi, &c. Altheæ Fernelii. Conveniunt ea etiam Medicamenta, quæ gaudent particulis rigidis & Terrestribus absorbentibus dictis, ad moderandum impetum, ut Oculor. Cancr. Corallia, Testaceæ, & Conchylia pleraque. Lapide etiam sua conferunt auxilia, ea quæ Moderantia & Temperantia dicuntur, ut Sp. Acidi Dulcificati, Salia Muriatica, ut Sp. Salis Dulcis, Sp. Nitri Dulcis, Lapis prunellæ, Sal Ammoniacum &c.

## X I I I.

Neutquam Extemporantia hic omittenda, cum una Pleuriticorum salus consistat in expectoratione, ea sunt triclis generis, nempe Incrassantia, Attenuantia, & Conservantia, ex hisce imprimis Conservantia in usum vocanda, quod læsionem & Noxiam Bronchys, Pulmonibus, & Pleuræ tollant, earumque partium exulcerationem & excoriationem plus minns perfectam corrigant & restituant, præcipue ubi metuitur gravior erosio; ea vero sunt Tussilago Pulmar. Scabios. Veronic. Hædr. terrest. Gummi sive Terra Catechu dicta, oleum Amygdalarum Dulcium recenter

center expressum &c. quæ vim possident Balsamicam, ut etiam Emulsiones, quæ inter Balsamica referri debent, pro ut Gelatinæ & Mucilaginiæ variæ, eisdem ob vires à Medico prudenti præscribenda. nec rejicienda attenuantia, quæ vim habent incidendi, Blanda aliqua Acrimonia Bronchia vel ipsam Pulmonum substantiam stimulandi, ut materia extravasata jam tenuior facta melius transmet poros membranæ Pulmones investientis & inde educatur, inter hæc eminent, Scord. Scyll. Marrub. Hyssop. Capill. venenæ, Bdell. &c. Flores melilot. saubuci, Chamomillæ, semina calida dicta minora & majora, nisi vehementer sitis & acredo obstent, in quo Casu, ad frigida dicta semina confugere cogitur Medicus, nec etiam Pectoralia Incrassantia, quæ satis conducunt, & ad temperandam humorum peccantium nimiam acrimoniam humorum. sunt hæc omnia Papaveracea, & omnia Narcotica, sensum irritationis lenientia, Opium, Diacod. Mont. seu Symp. de Syliq. antiquis, Passul. Liquirit. ejusque succ. Syliquæ Dulc. Jujubæ, Caricæ, Ping. Flor. Hyperic. Violarum, Tunicæ, Boraginis, Buglossæ, Rad. Altheæ, Symphiti majoris, Florum Benzoës, Sulphuris, Anti-hecticon Potery, Sperma Ceti, &c. atqui hæc est illa materia Medica, qua & sibi & Ægroto in servire prudens novit Medicus, cui nihil antiquius erit, quam varia Pleuritidis observare tempora, atqui secundum illa ea Seligere Remedia, quæ convenientiora sunt.

## XIV.

Formulæ exinde variæ concinnari quæunt, diversis scopis Medicis inservientes. Præcipue autem sunt, quæ sub Forma Boli, Linætus, Conditi, & Mixturæ propinari possunt, ut diutius hæreant viis.

Hæ sequenti modo præscribuntur.

## DISPUTATIO MEDICA

**R.** Diascord. Fracastor. 3j.

Philon. Roman. 3j.

Balsam. Sulphur. Anisat. gutt. iiij.

M. F. Bolus.

**Conveniens in nimiis Dolorum exacerbationibus, ut & sequens.**

**R.** Mitridat. Damoc. 3iv.

Oculor. Cancr. gr. xij.

Ol. Mac. Express. gr. ij.

Camph. gr. jß.

M. F. Bolus.

**Conditum pro Tussi eque ac levamine doloris sequens paratur.**

**R.** Pulp. Bacc. Junip. rec. parat.

Miv. Cydoneor. a. 3j.

Cort. Citrinor.

Aurant. Condit. aa. 3iij.

Confect. Hyacinthor. 3jß.

Ras. Dent. Apr. 3ij.

Ol. Nucif. express. 3ß.

Syr. Pap. Alb. q. f.

M. F. Conditum.

**De hoc Capiat Aeger. ad Fabæ magnitudinem singulis horis.**

**Linctus pro moderanda Acrimonia, præsertim delicatulis præscribendus, ut gratiori medela fruantur.**

**R.** Confœct. Alcherm. 3ij.

Gelatin. C. Cerv.

Mucilag. Sem. Cydoneor. aa. 3ß.

Syr. Altheæ.

Pap. errat. aa. 3j.

Sp. Rosar. Ardent. gutt. v.

M. F. linctus.

**Mixturæ hodierno die frequentissimo, qui in usu, innumeras.**

ris modis parari nullus ignorat. In hic Chymica ut plurimum præalent moderata Galenicis, quod tamen non in hac parte solum fieri, sed in omnibus locum habere statuo.

**R. Aq. Menth.**

Fænicul. aa. ʒijß.

Sp. Nitr. Dulc. ʒj.

Antimon. Diaphor. ʒiv.

Oculor. Cancr. ʒij.

Laud. opiat. gr. ij.

Syr. papav. errat. ʒj.

M.

Cochleatim assumatur singulis bihorii.

**X V.**

Decocta & Emulsiones ut & Infusiones plurimum etiam hisce Conducunt debellandis morbis, præsertim ubi sitis intensior extingueda venit, ipsæque acredinem mitigandæ sunt, ut Doloris ferocia minor evadat.

In his præparandis sufficiunt pauciora simplicia, in unum finem conspirantia, quæ à Medico Prudenti seligenda & in usum meliorem vocanda sunt. Ex. gr.

**R. Fol. Altheæ.**

Tussilag. aa. Mj.

Flor. Sambuc. Mß.

Rad. Scorzon. Hispan. ʒj.

Liquirit. ʒß.

Conscissa & Contusa, Coq. S. A.

in f. q. Aq. Comm. sub finem ab Inge remoto injiciendo.

Flor. pap. Errat. ʒij.

Macif. ʒij.

Colaturæ frigidæ citra.

express. factæ ʒxx.

M. usus dentur.

Capiat singulis ʒ. horis ʒij.

B. ʒ;

Emul-

## DISPUTATIO MEDICA

Emulsiones, ex seminibus ac Fructibus, Oleo crassiori Balsamico abundantibus parentur, ut sequitur.

℞. Decoct. C. Cerv. rec. vel

Hord. ad Crepat. Cocto parat. ʒv.

Sem. Cucum.

melon.

pap. alb. aa. ʒij.

M. F. S. A. Emulsio; cui adde

Syr. pap. Alb. ʒβ.

detur usui.

Infusiones, sunt tenues per Aquam fervidam factæ extractiones, quæ locum Decoctorum supplent, iisdem tamen gratiores. Hæ ex quibusvis vegetabilium Floribus, Folys, seminibns, &c. fieri possunt, modo contineant partes in Aqua solubiles, ut.

℞. Fol. Myrth.

Aurant aa. ʒjβ.

Flor. Calend.

Sambuc. aa. ʒj.

pap. errat. ʒβ.

Sacch. Cant. Rub. aut Sacch. penid. ʒiv.

Extrahantur admodum Herbae Thee & Calide assumatur  
Infusio.

X V I.

Parum cum proficiet Medicus Remediis Pharmaceuticis & Chyrturgicis, nisi simul habeat rationem Diæticorum ipsi incumbit Curare, ut Æger Contineatur in Aëre, ad moderatum Calidum & Humidum, si non Natura tamen Arte inclinante; viatum præscribat in principio tenuem ex Jusculis Mucaginosis, Pedum Vitulorum, Ovium, Gallinarum, Cremore, Phtysan: Lact. Amygd. & similibus. Potum admittat tenuem ex Decoct. Hord. Milii, &c. ut supra dictum ac quietem imperet, abstineatur Æger à Confabulationibus nimiis, somnum cum eo plerumque defraudentur Ægri; levem Arte procuret Medicus. qui quo moderationi, sed rite productus eo melior.

C O.

## COROLLARIA.

I.

*Distinctio inter Galenicam & Chymicam Medicinam,  
non tanti est poderis ut quidem volunt, una enim ve-  
ritas Medica in naturæ inquisitione Consistit.*

II.

*Optima Methodus instituendi & exercendi Theoriam &  
Praxin Medicam ea est, ubi arctissime jungitur Scien-  
tia Contemplativa & operativa Medica.*

III.

*Actiones Medicamentosæ sunt unæ cædemque tam ex Ga-  
lenicis quam Chymicis Medicamentis.*

IV.

*In medicina perfectissima ab omni parte signa rarius dan-  
tur, unde saepius ipsi experientissimi in arte medica  
viri improvisos incurront Casus, quibus occurrere in  
ipsorum potestate non erat.*

V.

*Curatio Ægri non semper est in potestate, nec in inten-  
tione Medici quoniam dantur Morbi absolute incur-  
biles.*

VI. En-

## V. I.

*Intentio autem Medici in tali Casu tamen est optima, ubi studet Præcavere majora Symptomata & inducer doloris levamina.*

## V. I. I.

*Hæc Difficultas in omnibus Scientiis humanis non minor est quam in Medicina, unde Medicorum dissidia sunt tantummodo Communia mala, omnium Doctrinarum, Scientiarum & Artium.*

## V. I. I. I.

*Hypotheses Medicorum Galenicorum, Chymicorum, tamdiu erroneæ existent, quamdiu Physicam exactiorem non obtinebunt, notitiam Corporum perfectiorem.*

F I N I S.



Op den seer Geleerden HEER  
**CHRISTIANUS OUTSHOORN**

*Wegens zijn Dispuyt van het*

**P L E U R I S.**

**G**OD Pæan'kan, door sweet, nog egte kind'ren teelen,  
Die 't onheyl dempen, van een woedend doods - vergift,  
Door - wandel met uw Ziel het perk van dit *Geschrift*,  
Hier leyd de strop gedraayd, voor *Cerbrus* doodsche keelen.

Als *hy* zijn vlamme spuygd in het beribd gewelf,  
Ja 't slot des leevens, en de Ziel van 't rif wil perssen,  
En laat zijn <sup>1</sup> Bloed-vrindin op haare tanden Knerssen,  
De *Lugt-kas* knellende met <sup>2</sup> steekend Ziels-leed, *Zelf*.

Hier leerd u *Christiaan* een prooy de dood t'ontwringen,  
En 't vleesch verteerend vuur te smooren, in 't begin,  
Rend voord met 't Ziels vernuft ter lillend' ad'ren in,  
Om *Lubitina* nog met al haar heyr te dwingen.

<sup>1</sup> Febris  
acuta con-  
tinua.  
<sup>2</sup> Respira-  
tio difficilis  
& dolor  
punctorius  
quia comi-  
tantur.

J. ZOUTMAN.

*Med. Stud.*

C

# LETTER-HEIL

Opgedist voor den welgeleerden HEER

## CHRISTIAAN OUDSHOORN,

Als hy tot der Medicijnen Doctor wiert gehuldigt over de Sijd'pijn redenvoerende.

*— huic Laurum dedit alma Minerva.*

Waar heen , Minerv' , bestuwt met gulde lauwerblaaren ?

Wien ciert gy 't hoofst met fulk een reexs van sege-blaa'n ?

Ist ernst Godin ? De drift u's hyl'ge tempelscharen .

( Gewoon opt heil-belang Geleerde toon te slaan )

Sie 'k blaakcn. 't Volks gejeug , uyt duysent ope mond'en

My straxs uyt 't hylig Choor u's tempels toegevloeid ,

Dat hoor ik eew'ge lov en wisse roem verkonden.

Waarom de maatslang das op fulk een vreugt geschoeid ?

*Soo sprack Apollo ; neets die heuse plegtigheden.*

Genadert. Sijd gy dan (*soo voert Minerva 't woort*)

Onkundig hoe 'k de vlijd mijns Soon , naar regt en reeden .

Met Lauren-kroon ? sijn lov door wijshijd op gespoort ,

Vol yver hijl'ge wil aan s'eeuw'-geheugenissen ?

Die vaak geleerhijd delvt door blinkend' deugts-beleid ,  
Kan noyt mijn toeversgt , en waare heil-gloor missen :

Dewijl 't geheug-merk blijvt d' onsterv'lijkhyd geweid .

Soo

**MED. CHIR. SOC.  
ABERDEEN.**

Soo poogt naar leerdrift dees', de braavste mijner Soonen;  
Te streeven wijl hy wraakt het veuge tijds gespil.  
Men sag hem strijdend' straxs sijn overwinnings-kroonen  
Gehijligt voor sijn voet. Men staakt het twist-geschil:

Want, als een rots, gegrond in 't sog der silte baaren,  
noyt schud, nog trilt door drift van draywind of geweld,  
Of als een Velt-Heer, schoon door duysende gevaaren  
Van dood'lijk loot gedrijgt, noyt wort ter neergeveld;

Maar pal staat voor 't gebeuck van wal en vesting-muuren,  
Soo blijvt hy onverschrikt, en quijt sig in sijn pligt.  
Sijn wel doorsleepe brijn kan ligt haar lift verduuren.  
Omsigte vroedheyd noyt voor onhijls-rampen swigt.

'T geheim der Sijd'pijn (quaal van duysent afgeswooren!)  
Ontwervelt sijn vernuft: 'tverijst een ewig schriwt,  
'T geen noyt een kanker knot, maar praalt als Sonne-glooren  
Beschouwt (Apollo) nu de reden van mijn drift.

Hier sweeg Minerva stil, naer s'had sijn lov gesongen,  
Apollo prijst haar moed, en ijlt ten sang-berg he'en.  
De tempel-schaar die galmt sijn deugt door saal'ge tongen,  
Wijl dat Minerva streevt, van 't Aartrijk hier bens'en,  
Ver boven 't Ster-dak, als door diamante teuglen.  
Gevoert, en op gebeurt op Seraphijnen vleug'len.

P E T R U S Z A U N S L I F E R,  
S. S. Theol. Stud.

32 vide II<sup>T</sup> de Empyramate

Soe soone dan ierdinghien haec, die pietatis militis Sionen  
Te ierden wylt, daer wylt, dat velen die legijf  
Wan ierde peccatum, hiere tijt oerminne-koouen  
Oe schijft doot uwe voete, wien herte het ewig-gelegijf:

Wilt, als den leste, getrouw in dien der godes prece,  
Meyt, soort den dichter, dat den dichter dichtwijn of dichtwijn  
Ge sijt den vader, noon doot dichtende beantwoen  
Want doot, dat doot, want tel neccesceit;

Want leyd, want doot, want doot, want leyd-wintere  
Want want den dichter, dat dichter den dichter  
Want want doot, want den dichter den dichter  
Want want den dichter den dichter den dichter

(dichter dichter dichter dichter), want den dichter  
Want want den dichter den dichter den dichter  
Want want den dichter den dichter den dichter  
Want want den dichter den dichter den dichter

Want want den dichter den dichter den dichter  
Want want den dichter den dichter den dichter  
Want want den dichter den dichter den dichter  
Want want den dichter den dichter den dichter

Want want den dichter den dichter den dichter  
Want want den dichter den dichter den dichter  
Want want den dichter den dichter den dichter  
Want want den dichter den dichter den dichter

PATERA. X. ANNO 1548.

1548. 2. 6.